

Universitätsbibliothek Wuppertal

Kleine Texte zum Alexanderroman

Pfister, Friedrich

Heidelberg, 1910

II. Dindimus über die Brahmanen

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-2947](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-2947)

II.

Dindimus über die Brahmanen.

f. 222 a. Dindimus nomine Bragmanorum magister vitas eorum referens. Haec locutus est:

[Ps.-Kall. III, 11.] Alexander imperator cum ei non sufficeret imperium Macedoniae neque se voluisset nominari filium Philippi, dicebat se esse filium Ammonis dei, quamvis secundum veritatem esset cognita nativitas illius, et quia videbatur esse victor super alios, aliam sibi naturam mutare voluit et filium dei Ammonis se esse dicebat. Sicut sol, sic exiit a regione Macedoniae et totum mundum perambulans, antequam ad Babiloniam appropinquaret, 10 subiugavit sibi Asiam et Europam velut parva loca, venit, ut videret partes nostrae terrae; quam cum vidisset, haec in sensu suo dicebat orando: „Sapientia, quae es caput omnium virtutum, et per quam fit sermo ex ore nostro, et perquiris et vides omnem scientiam et iustis et iniustis reddes secundum facta illorum, rogo te, esto mihi placabilis, ut possim pervenire ad ea, quae desidero, hoc est, ut possim cognoscere bonitatem et sapientiam Bragmanorum“.

[Ps.-Kall. III, 12.] Bragmani vero, qui et Indi, dice- 20 bant ista Alexandro regi: „Venisti ad nos, ut cognosceres sapientiam nostram. Nos enim talem voluntatem cum placido animo suscipimus, et quod rex desiderat, in vita et in consuetudine nostra potestis cognoscere. Sapiens enim alteri homini debet imperare, non ut alter imperet illi. Sed quoniam huiusmodi nobis non credidisti, eo quod usque modo male fuit dictum tibi de nobis a Calano, * *¹ Iste enim Calanus fuit apud nos homo pessimus, per quem

¹ *Schluss des Satzes, der hier fehlt, nach Ps.-Kall.: γευσάμενος νόν τῶν ἀληθινῶν λόγων ἤλθεος. Ambrosius: nunc ad nos vera degustans venisti.*

homines de Grecia cognoverunt Bragmanos; sed perfecte eos cognoscere non potuerunt, quia ille Calanus non fuit noster, eo quod amavit divitias, quas nos non amamus. Cui non sufficiebat bibere aquam de Tababeno¹ fluvio et manducare lac et omnia, quae ad utilitatem sapientiae pertinent. Ille traxit ad vitia voluptatis. Nullus autem ad focum de nobis sedet pro frigore; nullos dolores aliquando corpora nostra sentiunt, sed dum vivimus, sanitatem semper habemus. Naturaliter enim liberi sumus ab f. 222 b.

- 10 omnibus divitiis et uno termino mortis vita nostra finitur, quia nullus de nobis plus vivit de altero; et si aliquis fuerit, qui audierit de bonitate nostra et voluerit aliquam malitiam seminare inter nos, non potest mutare consuetudinem nostram. Tale autem est, qui credit ad mentientem, qualis est ille, qui mentitur; et sic nocet ille², qui suadet, ut fallacitatem dicat homo, sicut nocet et ille², qui fallacitatem dicit. Ex iracundia enim nascuntur lites et pugnae. Nulla tamen virtus est occidere hominem; ista autem consuetudo latronum est. Nos autem veram
20 virtutem tenemus, stare semper cum nudo corpore contra ventum et desideria ventris non facere et omnia per patientiam supportare. Tu autem, Alexander, ista omnia vince, et istos inimicos, quos intra corpus tuum habes, si fortis es, occide, et si istos occideris, quos intra corpus habes, iam foris inimicos habere non poteris. Propter hanc causam pugnas cum inimicis, quos foris habes, ut istos inimicos nutrias, quos intus portas. Sed primum cogita, rex Alexander, quia inimicos, quos foris habes, vincis, istos autem non solum non vincis, sed etiam illi te vincunt. Considera
30 ergo, quanti inimici sint in corpore humano, id est oculi, aures, nares, venter et alia membra, quibus diebus vitae suae humanum genus servit, et cum istis moritur et omnia mala per istos facit, et verus fortis est, qui desideria istorum occidere potest. Nos autem Bragmani omnes inimicos, quos in corpore habuimus, occisos habemus et ideo inimicos, quos foris habemus, non timemus, sed securi semper et sine aliquo timore vivimus. Silvam videmus,

215 K.

¹ τιβήριο ποταμοῦ Ps.-Kall. A; ἐν τῇ Βαρράμ. Ps.-Kall. C; Τιβε-ροβοάμ Bissaeus, Müller; de Taberunco fluvio Ambrosius. — ² illi cod., ille verb. Kübler.

caelum suspicimus¹ et semper audimus cantationes de omnibus aucellis. Corpora nostra cooperta habemus de frondibus arborum et fructus arborum manducamus, aquam bibimus, laudes deo semper canimus et desideramus vitam futuri seculi et non desideramus ullam causam audire, quae ad utilitatem non pertinet, et non loquimur multa, sed cum locuti fuerimus — non dicimus nisi veritatem — et statim tacemus. Vos autem dicitis multa, quae debeant fieri, et
 f. 223 a. non facitis; sapientem non alium tenetis, nisi qui sapit
 fabellare, hominem; sensum vestrum in lingua habetis et 10
 tota vestra sapientia in bucca vestra consistit. Aurum et
 argentum colligitis et desideratis habere multos servos et
 maximas domos et honores habere cupitis, et tantum manducatis et bibitis, quantum et alter homo manducat et
 bibit. Habetis semper vestimenta mollia et delicata; et
 de malo, quod facitis, quando paenitentiam exinde levatis,
 sic loquimini contra vos² ipsa mala, quae facitis, velut
 contra inimicos soletis loqui. Quamvis tamen habeatis
 potestatem in lingua vestra multa loquendi, tamen longe
 meliores sunt illi, qui sciunt tacere. Ponitis super vos glorio- 20
 sum ornatum, mittitis aurum in digitos vestros; vos quoque
 sicut feminas videmus ornatos. Unde sciatis, quia
 de hac causa, unde vos speratis esse maiores, ad veram
 216 K. utilitatem nihil vobis prodest; de auro enim non fiunt
 beatae animae neque corpora humana exinde satiantur,
 sed magis de hac causa vitiantur. Nos autem Bragmani,
 qui cognovimus veritatem et scimus ipsam naturam auri,
 quando sitimus, imus ad fluvium, ut bibamus aquam, et
 calcamus aurum cum pedibus nostris. Aurum enim non
 potest tollere famem neque sitim; non venit aliqua egritudo³ propter aurum ad hominem; nam curatio egroti ho- 30
 minis refrenatio cupiditatis est. Et si sitierit homo et
 biberit aquam, tollitur sitis eius; similiter et si esurierit
 homo et manducaverit, cessat fames eius. Si igitur
 eodem modo et de eadem natura aurum esset, cum desideraret
 homo illud et acceperit, sine dubio cupiditas ipsius

¹ verb. *Heraeus*; suspicimus *cod.*, *Kübler*. — ² vos contra verb. *Kübler*; καθ' ἑαυτῶν *Ps.-Kall.*; contra vos ipsos *Ambrosius*. —
³ *Soll heißen*: egrī cura oder curatio egroti; *Ps.-Kall.*: χροσός . . .
 ὁ τραύμα θεραπεύει, ὁ νόσον ἰᾷται. *Ambrosius*: non ex auro venit
 vulnerum cura, non aegrotorum medicina membrorum.

cessaret; sed ideo malum est aurum, quia cum incipiet homo illud habere, plus crescit ipsa cupiditas. In eo autem, unde apud vos ornati sunt homines, in eo est gloria illorum. Calanus vester amicus est et nobis propter suam cupiditatem est inimicus. Quicumque est malus homo, honoratur a vobis et colitur; apud nos autem, qui malus fuerit, nec honoratur nec colitur, sed magis iactamus illum a nobis et omnia, quae nobis non placuerunt. Propter cupiditatem, quam habuit Calanus, concupivit illa omnia
10 et ideo non potuit nobiscum habitare neque inter istas silvas securiter vivere, quomodo nos vivimus. Ille miser perdidit animam suam propter cupiditatem et ideo non potuit esse amicus noster neque istam securitatem habere, f. 223 b.
quam nos habemus, neque illam gloriam sperare, quae promittitur in futuro seculo.
